

9
B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ
GUSTAVO-CAROLINÆ

SIVE
DORPATO - PERNAVIENSIS
HISTORIÆ,

PARTICULAM DECIMAM
CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE
GUSTAVO SOMMELIO,

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

D. XVIII. APRILIS A. MDCCXCV.

DEFERT

JOANNES PETRUS BLOMSTERBERG

Scanus.

LUNDÆ,

TYPIS BERLINGIANIS.

Admodum Reverendo & Praclarissimo

DOMINO MAGISTRO

CHRISTIANO HOLLBECK

Præposito & Pastori Ecclesiarum Oderljunga & Perstorp
Vigilantissimo,

Avunculo Optimo.

Plurimum Reverendo & Praclarissimo

DOMINO

NICOLAO JOH. SUNDIO

Ecclesiarum Harlösa & Hammarlunda Pastori
Laudatissimo.

Patrono Magno.

Insignis istius, quo me amplectimini, favoris quo restatior sit memoria, Vobis, Avuncule Optime & Patrone Exoptatissime, hoc genus speciminis, quod academico more exhibeo, do, dico & dedico. Sit, vehementer etjam atque etjam oro, pignus gratissimi animi, qui merita, quæ rependere nequit, venerabunda mente agnoscere nunquam desinet. Conservet Vos, Patroni optimi, Summus rerum humanarum Arbitrator in annos bene multos salvos incolumesque, in Ecclesiarum, quarum geritis curam, commodum & emolumentum. Sic mihi neque Patroni deerunt, neque uberioris gaudii lætitiæque argumenta.

Ad cineres permanens sum

Nominum Vestrorum.

cultor indefessus

J. P. BLOMSTERBERG.

Theses Respondentis.

I.

O οίκος υμων Matth. XXIII. 38. a nonnullis de Urbe Hierosolyma, ab aliis de Republica Judaica exponitur; ad illam vero sententiam, qua Templum Hierosolymitanum a Servatore intelligi statuitur, ego accedo.

II. Ingeniosa quidem est ÆG. HUNNII sententia, qua το σημειον τῆς υἱὸς τῆς ἀνθρώπου Matth. XXIV. 30 stellam miraculosam interpretatur, quia stella fuit signum Filii Hominis in primo adventu: examen vero non sustinet; nam ipsum CHRISTUM intelligi, ex locis parallelis liquet.

III. Apud Matthæum XXVI. 8, quo illi cum Luca C. XXII. 46 conveniat, non opus est particulam quandam interrogationis adjicere.

IV. Haud levis est illorum error, qui Historiam Medii Ævi minus esse cognitu necessariam contendunt.

V. Socratis vox, quam sermone trivisse narratur, se nihil scire præter id, quod nihil sciebat, Philosopho indigna haberi non debet.

VI. Non solum virtutum, sed elegantiorum etiam morum defectus penes literatum hominem est reprehendendus.



Minutiora quidem pleraque sunt: numerosa vero sæges cum ubertatem venæ demonstrat, industriæque testimonium perhibeat; serie illorum tradenda me abstinere nolui, nec debui; hanc igitur ex iis, quæ conjunctim notavimus, adornatam Lectores habebunt:

- 1) Hexam. in Jonæ Magni Wexionensis Synopsis Historiæ Univers. Ups. 1622. 8:0.
- 2) Eleg. in Georgii H. Wintrosii Neric. disput. cui titulus: Disp. XIV:a Ηθικῆν Θελειωσιν ex Præceptis 2:da Tab. Decalogi addens, Præs. Jona Magni Wex. Ups. 1624. 8:0.
- 3) Eleg. in disp. Turonis Bielke L. B. de Saletstad &c. de Bello Gerendo & Finiendo Præs. Jona Magni Wex. ibid. 1625. 4:0.
- 4) Eleg. in disp. Algothi Er. Carlstadii de Actu & Potentia. Ups. 1625. 4:0.
- 5) Eleg. in Olai Matthiæ Neokylandri O. G. disp. quæ Collegii Ph. disp. XVII ma fuit, de Partibus Corporis Animalis Præs. M. Æschillo Petræo. ibid. 1625. 4:0.
- 6) Eleg. in disp. Christierni Henr. Alfinii de DEO, Præs. Jona Magni Wex. ib. 1627. 4:0.
- 7) Eleg. in Orationem Johannis Eriici Falk O. G. de Otio salienti Fonte & patulo vitiorum hiatu fugiendo. Ups. 1627. 4:0.
- 8) Eleg. juxtaque Sapph. in Benedicti Petri Komstadii disp. de Providentia DEI, Præs. Jona Magni W. ibid. 1627. 4:0.
- 9) Eleg. in Petri Gudmundi Lincop. Gothi disp. Phys. 2:dam de Principiis Corporum Naturalium

- lium Internis & Externis, Præf. Joh. Ches-
necophero Ups. 1627. 4:0.
- 10) Eleg. in tumulum Catharinæ Tidemannii Con-
jugis Doct. Laur. Ol. Wallii ib. 1628. 4:0
- 11) Eleg. in Disp. Boëtii Bergeri Chruzeli Smol.
de Peccato, Præf. Jona M. Wex. ib. 1628. 4:0.
- 12) Eleg. in disp. Nicolai Andree Hölmingii
Smol. de Libero Arbitrio Præf. Eodem. ib.
1629. 4:0.
- 13) Eleg. in Erici Joh. Schroderi Upsal. disp.
de Causa Efficiente & Finali Anatomæ Præf.
Joh. Franck. ib. 1629. 4:0.
- 14) Eleg. in Petri N. Turdini disp. de Æterna
Salvandorum Electione s. Prædestinatione,
eidemque opposita damnandorum reprobatione,
Præf. Jona M. Wex. ib. 1630. 4:0.
- 15) Eleg. in disp. Nic. N. Rubenii Smol. de
Mundo, Præf. Mart. Er. Gestrinio. ib. 1631. 4:0.
- 16) Eleg. in Erici Christophori Scarinii W. G.
disp. Summi Boni Moralis Essentiam in *ανα-
σκευη και κατασκευη* proponens, Præf. Sv. Jo-
næ Westro-Gotho. ib. 1631. 4:0.
- 17) Hexam. in disp. Jacobi Guthræi S. de Vir-
tutis Moralis Definitione, Præf. Mart. O.
Stenio. ib. 1631. 4:0.
- 18) Eleg. in disp. Gust. E. Sunthii de Constitu-
tione Codicis Sacri. ib. 1633. 4:0.
- 19) Eleg. in disp. Magni Nic. Durelii de Forti-
tudine Præf. Israël Bringio. ib. 1634. 4:0.
- 20) Eleg. in Orat. Zachariæ Laurentii Humeri
de Otio Vitiorum Metropoli summe fugien-
do. ib. 1634. 4:0.

- 21) Eleg. in disp. Jac. Laurentii Gevalii de Li-
bertate Arbitrii ejusque viribus circa res ci-
viles, Præf. Mart. O. Gestrinio. ib. 1634. 4:0.
- 22) Eleg. in Magni Nic. Palumbi Wretenfis O-
rationem: Elogium Agriculturæ ib. 1634. 4:0.
- 23) Eleg. in Nicolai Petri O. G. disp. de Mix-
tione Præf. J. L. Staleno. ib. 1634. 4:0.
- 24) Eleg. in Andree Nicol. Sepelii Disputat.
Ethicar. 1:am Procemial. de Natura & Con-
stitutione Philosophiæ Practicæ & Ethicæ,
Præf. Laurentio Petri Upsaliensi. ib. 1634. 4:0.
- 25) Eleg. ad Christiernum Olai Winter Lect. Scho-
læ Wiburg. disputantem de Natura Virtutis
Moralis in genere & in specie de Virtutibus
Homileticis, Præf. Israël Bringio. ib. 1634. 4:0.
- 26) Eleg. in disp. Georgii Christophori Alandi
de Facultatibus Animæ Vegetativæ. Præf. M.
O. Nycopensi. ib. 1635. 4:0.
- 27) Eleg. in disp. Magni Laur. Cirræi O. G. de
Aqua Præf. M. O. Stenio. ibid. 1635. 4:0.
- 28) In Erici Petri Holm (nobil. Rosenholm) Ske-
ningia Gothi parent. metricam in summe
heroicum ac toti orbi Christiano maxime o-
minosam mortem, qua divus GUSTAVUS
ADOLPHUS Rex. Svec. a. 1632 decessit,
hab. Upsaliæ 1635. 4:0.
- 29) Eleg. in disp. Johannis Joh. Norcopensis
de Cerebro Præf. Joh. Franck. Ups. 1635. 4:0.
- 30) Eleg. in disp. Joh. Laur. Larbergii de Ha-
bituum Acquisitorum Natura, Præf. Joh. L.
Staleno. ib. 1635. 4:0.

- 31) Eleg. in Joh. Petri Lothigii Gothi disp. de Actionibus Humanis, Præs. M. O. Stenio. ib. 1635. 4:0.
- 32) Eleg. in disp. Gulielmi Taube de Maydell Livoni de Justicia & Jure, Præs. Joh. Loccenio. ib. 1635. 4:0.
- 33) Eleg. in disp. Petri Joh. Ungii Calm. Smol. de Amicitia, Præs. Andr. Gylle. ib. 1635. 4:0.
- 34) Hexam. in Honores Rectoratus Gabrielis Oxenstierna jun. L. B. de Kimitho. Ups. 1635. 4:0. Subjuncta quoque est hæc gratulatio Gabrielis Oxenstierna Rectoratui Upsaliensi, ed. Holmiæ. 1636. 4:0.
- 35) Eleg. in disp. Joh. Lifmanni Wiburgo Carelii de Magnanimitate & Modestia, Præs. Israële Bringio. Ups. 1636. 4:0.
- 36) Eleg. in Erici Schroderi Lexicon Latino-Scondicum. Stockh. 1637. 16:0.
- 37) Eleg. in disp. Laur. L. Laurini O. G. de Bonitate in genere & in specie Morali, Præs. Erico G. Emporagrio. Ups. 1638. 4:0.
- 38) In Isaaci Petri Clarmanni Holmiensis Orationem de Regni Sveciæ Metropoli Stockholmia, hab. Upsaliæ a. 1638. impr. Holmiæ. 4:0.
- 39) In Orationem A. N. Rystadii de Humilitate Ups. 1638.
- 40) In Syntagma Theologicum Olai Laurelii. Ups. 1641. 4:0.
- 41) Eleg. in disp. Johannis Israëlis Westhii Orebrog. de Cælo ejusque Causis & Affectionibus, Præs. M. O. Gestrinio. ib. 1642. 4:0.

- 42) Eleg. in disp. Pet. Laur. Laurentini de Anima in communi, ejusque Facultatibus Præs. Joh. L. Laurbergio. ib. 1646. 4:0.
- 43) Eleg. in disp. Johannis A. Tideri Smol. de Imperio Rationis, Præs. Israële Bringio. ib. 1646. 4:0.
- 44) Eleg. in disp. Jonæ Theodori Zephyrini de Meteoris Aqueis, Pr. Henr. Ausio, ib. 1646. 4:0.
- 45) Eleg. in Lexicon Græco-Latinum Doct. Joh. Gezelii Sen. Dorp. 1649. 8:0.
- 46) Eleg. in disp. Petri Werstphulii Neustadiensis Marchici de CHRISTO, Præs. Jona Magni Wex. Ups. l. a. m. 4:0 *).

t 3

ZACHA-

*) Ex his carminibus eum nonnulla festinanter procudisse, nævi, quibus laborant, dubitari non sinunt; suosque illis nævos esse, exemplis variis Cl. D:n. FLODERUS l. c. p. 11. 12 planum fecit: imprimis vero nævis seater carmen, quo P. J. Ungio de Amicitia (vid. N. 33) disputanti gratulatur, sic canens:

Πολλοι διηγε δοκῶσι Φιλοι δε πελονται γε παυροι
 Οντως ΨευδοΦιλῶς Φευγετε καινοΦιλεσ.
 Καινῆ της ἀρετης εκλεξον μηδαμον Φιλον
 Σπεδαιων και εση ταιρος τε ευδοκιμος.

Hic enim ται in πελονται, μον in μηδαμον & ρος in εταιρος, quarum tamen syllabarum illa natura, hæ positione longæ sunt, corripit: ut vero in hisce longis corripiendis; sic alibi in brevibus producendis nimis liberalem eum fuisse, alia a Flodero prolata exempla demonstrant.

ZACHARIAS LAURENTII KLINGIUS *).

Natus est in Nericiæ villa Pastoralis Kråklinge a 1603 **) Patre *Laurentio Joannis Hidingio* ***) ecclesiæ Kråklingensis Pastore. Jactis studiorum fundamentis, Upsaliam se contulit, ubi civitate Academica donatus sedulam literis navavit operam, variaque dedit eruditionis specimina: publice peroravit ****) ac disputavit *****) solitisque in exam-

minibus

*) Vitam ejus, præter RHYZELIUM in *Episcop. P. II. p. 65*, enarrarunt AURELIUS in *Strengn. Stifts Herdam. p. 356*, BACKMEISTER in *Samml. Ruff. Gesch. IX B. I. St. p. 170*, GADEBUSCH in *Livl. Bibl. II Th. p. 114*, GEZELIUS in *Lex. P. II. p. 41*, v. STIERNMAN in *Matr. öfv. Sv. R. Ridd. och Ad. p. 595*, & STRICKER in *disp. de Fatis Templi Riddarholm. P. II. S. I. p. 60* singuli vero ita, ut locum spicilegio reliquerint; id quod ex comparatione colligetur.

**) Eum circ. a. 1610 natum esse, AURELIUS quidem l. c. dicit, quem vero in annis computandis sæpius aberrasse constat. Natalem, quem posui, annum (1603) GEZELIO l. c. cujus in vitis exponendis accuratior nota est diligentia, debeo.

***) Hujus patrem, quem AURELIUS l. c. ruricolam appellat, v. STIERNMAN in *Rättelser och Tillägningar Matr. subj. p. XXI* æditimum fuisse dicit.

****) Vid. Ser. Scriptorum ejus N. I.

*****) I) De Ratione solvendi argumenta & quæstiones per distinctiones legitimæ & appositæ, deque multiplicibus vitiis, ineptiis & abusibus distinctionum, quibus Sophistæ disputationes bonamque eruditionem

minibus ita se sustinuit, ut Philosophiæ Magister creatus sit *). Post non multo a Cancellario regni Comite AXELIO OXENSTIERNNA iis, quæ ad controversias syncretisticas penitus cognoscendas cognitæque refutandas pertinerent, instituendus Regiomontum & Gedanum ad Calovium ablegabatur **). Dantisco Wittebergam se contulit, ibi-

que

deformare & adulterare solent, Præside LAUR. STIGZELIO disputavit a. 1636, 2) Præside SIMONE S. KEXLERO *Nriciensi* disputationem, *Hercoteclonicam Generalem* appellatam, respondendo defendit a. 1637. harumque disputationum utriusque Auctores Præsides fuerunt 3) Quam vero pro gradu edidit a se consignatam, ea in reliquis ejus scriptis commemoratur.

*) A. 1639 d. 29 Januarii. Apud RHYZELIUM est 29 Julii. Januarium autem verum esse istius promotionis mensem, EENBERGIUS docet in *Berättelse af de Märkv. Sak i Ups. p. 206*.

**) Vide RANGONIS *Sveciam Orthodoxam p. 320* & audi CALOVIUM ipsum in *Vindiciis Famiæ Calovianæ adversus Sycophantam pessimum, personatum illum Laurentium Laurentinum Svecum Gymnasiarcham & P. (in Utopia) his usum verbis: Taceo, quæ Joh. Bergii Senioris causa, cum in Suecia suum syncretisticum libellum vom Unterscheid und Vergleich, disseminare contenderet, suscepta sint, ubi inter alia B. ZACHARIAS KLINGIUS, ideo ab Illustrissimo D. n. AXELIO OCHSENSTIERNIO, Cancellario regni Svecici celebratissimo, ad me Regiomontum & deinde Dantiscum etiam missus, fideique meæ ea fini commissus fuit, ut adversus Bergionum syncretisum solide informatus ejusdem artibus syncretisticis, in patria tentatis, resisteret.*

que Theol. Licentiatus a. 1646. d. 16 Octobr. *)
& Theol. Doctor a. 1647 d. 18 Maji renunciabatur **). Patriæ reddicus S. R. Majestati a sacris, & ecclesiæ Nycopenfis occident. ***). Pastor constitutus est.

*) Post defensionem pro gradu Doctoris PAULI RÖBERI de *Erroribus Godeschalci de Prædestinatione olim damnatis* disputationem Theologiæ Licentiatus a. D. JACOBO MARTINI renunciabatur &

***) Theol. Doctor a WILH. LYSERO creatus est a. 1647. d. 18 Maji, vid. GOTFR. SVEVI *Acad. Witteb. lit. E. e. e. 3. a. F. f. f. 3 b.* & ANDR. SENNER-TI *Lib. I. Ath. Witteb. p. 93, 102.*

***) GEZELIUS & STRICKER I. l. c. e. RHYZELIUM, ut videtur, secuti, Pastorem ecclesiæ Nycopenfis Orientalis eum faciunt; error vero, undecunque repetatur, manifestus est, festinationi adscribendus, cum M. Andr. Mag. *Fulinus*, qui Klingii in locum ad ecclesiam occidentalem successit, ecclesiæ orientalis ab a. 1640 ad ann. 1651. Pastor fuerit, vid. AURELIUM I. l. c. p. 333. Fuit igitur Klingius Pastor Nycopenfis, non Episcopus Nicopienfis, quemadmodum MOL-LERUS in *Hypomn. ad Schefferi Svec. Lit. p. 405* eum a CALOVIO in *Lessu Habercorniano* perperam appellari observat. Klingium olim, & prius quidem quam huic muneri præpositus est, Professore Dorpatensem fuisse, AURELIUS quidem, BACKMEISTER, GADEBUSCH, RHYZELIUS atque STRICKER I. l. c. c. narrant; qua fide, ignoro: RHYZELIUS vero eum non solum a. 1640 Professore Dorpatensem factum esse dicit, verum etiam a. 1646 Theologum constitutum esse addit, ejusque vestigiis Aurelius stricte insistit. Theologum duntaxat eum faciunt BACKMEISTER, GADEBUSCH & STRICKER, nullum

est. Post paulo autem, nempe anno 1650 d.
u Sept.

vero annum, quo munus hocce obierit, apponentes, nec facile, dum tacent annales, apponere potuissent. Et recte omnino locum ei inter Professores Dorpatenses von STIERNMAN I. c. diserte denegavit. Ac denegasse quodammodo ipsum tandem Klingium video, in disput. suæ, Regiomonti a. 1643 habitæ (vid. Series Scriptorum ejus N. 3) inscriptione Concionatoris quidem titulum, nulla Professorii injecta mentione, sibi adsciscentem. Nec vero multum me fallere puto, si antam ad errandum hic dedisse SCHEFFERUM dixerò *Svec. Lit. p. m. 192* Klingii mentionem sic facientem: "*Zacharias Laurentii Klingius Nericienfis Theologiæ Doctor & Professor Dorpatensis, post Concionator Regius, Generalis Superintendens Castrensis & Pastor ad Riddarholmen, tum Episcopus Gothoburgensis & nobilis cognomento Klingiæstierna*," Munere igitur quodam in Academia Dorpatensi functum esse Klingium, Schefferus inaudiverat, quodnam vero fuerit, ignorans ex Pro-Cancelario Professore fecit: ejus vero auctoritate suspicor commotos nonnullos alios de munere isto professorio minime dubitasse; juxta vero cum Superintendentem Livoniæ Generalem Klingium fuisse, exploratum illis fuerit, posterius vero hoc munus a Scheffero prætermisum esse viderint, utrumque Klingio tribuendum censuisse. Vidi carmen Latinum Lipsiæ in fol. impr. quo Theologiæ Doctoris titulum & honores, d. 18 Maji 1647 conferendos, populares illi gratulabantur; in hoc vero carmine nulla professorii muneris fit mentio, sed hæc præ se verba tantum fert titulus ejus: *Solemnitas Doctoralis admodum Reverendi & Clarissimi Viri Domini Zachariæ Laurentii Klingii, Nericii Sveci, cui cum magna pompa Wittebergæ 18 Maji*

Sept. *). Superintendens Generalis Livoniæ & Academiæ Dorpatensis Pro Cancellarius designabatur **). Ante tamen, quam Nycopia discessit, in Synodo Strengnesensi a. 1651 præsidendo disputavit ***). Dorpato cedere a Rossis coactus a. 1656 ****). S. R. Majestati a concionibus Supremus & a. 1658 d. 24 Apr. Generalis Superintendens Castrensis constitutus est. Hoc munere fungens exercitum in Selandiam sequi iussus est, ibique Vicarius Selandiæ Episcopis annis 1658, 1659 & 1660 fuit, & omnia muneris Episcopalis jura exercuit, unde Dani eum Anti-Episcopi appellatione salutaverunt

1647, in templo arcis perageretur, summis votis congratulabantur Sympatriotæ. Nec de cætero in Professore convenire puto supra allegata CALOVII verba, quibus illum fidei lux commissum solideque a se informandum fuisse scripsit. Interim verba Schefferi exscribens, suamque in vernaculam transferens Professoribus Dorpatensibus Klingium ZWERGIIUS quoque in *Siellandske Clerike* p. 282 annumerat.

*) Diploma a. 1650 & mense quidem Septembri datum est; utro autem die, 7 Sept. quem RHYZELIUS, an 20, quem AURELIUS habet, disquirere non valet.

**) Carminibus, quæ Dorpati vel gratulando vel plangendo edidit, subscribens Academiæ Dorpatensis *Vice-Cancellarium* se appellat.

***) Vide Ser. Scriptor. ejus N. 8.

****) RHYZELIUS annum ponit 1658, quem verò typographo deberi puto, nam verum non esse, sugere Rhyzelium non potuit.

runt *). A. 1661. Pastor datus est ecclesiæ Stockholmensi, quæ nomen a Riddarholmen habet **), cui ruralis Bromma, ut honestius vivere posset, annexebatur ***). Dicecesi Gothoburgensi, cui Superintendentes antea præsiderant, sed facta præfecturæ Bahusianæ accessione a. 1658 ****) pace Roschildensi insigniter auctæ nomen Episcopatus indebatur, Episcopus præfectus est a. 1665 *****).

U 2

Diem

*) Præter nostros Scriptorum ZWERGIIUM audi l. c. rem sic narrantem: i den Swenske Krigstid, da Bisfopen Svaning war indelukt i den beleirde Stad Ribbenhavn, maatte han taale, at de Swenske gjorde en Anti-Episcopum, nemlig den Kongelige Swenske Hof-Prædikan D. Zacharias Klinge, af hvilken de Biskopelige Embedes-Sager i Stiftet blewe forrettede, og besynderlig Collatz-breve udstædte til dem, som af de Swenske til Præste-Embede blewe beskikkede. — — — — — Underkriften war: Zacharias Klingius S. R. Majestati a concionibus & confessionibus sacris, Regii Exercitus Superintendens, & Selandiæ p. t. Episcopus.

**) Vide, ne plures commemorem, STRICKERUM l. c. Pastor Riddarholmensis factus titulum Generalis Superintendens castrensis retinuit; utraque enim hac appellatione in concionum quarundam funebrium, a se editarum, inscriptionibus eum delectatum esse video.

***) v. STIERNMAN l. c. P. I. p. 596. N. 780.

****) RHYZELIUS l. c.

*****) Diploma tamen ei ut Episcopo ætuum non esse datum, ex allata ab ordine Sacerdotali contra inaugurationem ejus exceptione colligo, quam inde firmæ



Diem suum obiit a. 1671. d. 19 Maji *). Sociam
vita

ri hic ordo contendit, quod Superintendentes munera
adituri ea, qua Episcopi, solennitate consecrari non so-
lebant: excepisse vero Sacerdotes, literæ docent, quas
Confil. Aul & R. Revis. Secret. JOH. STIERNHÖÖK
ad fil. Asses. ANDREAM STIERNHÖÖK Holmiæ
dedit d. 25 Maji a. 1665 & una cum pluribus, ab
illo ad hunc scriptis, *Sv. Bibl. in 4^o P. II. a. p.*
162. ad 184. inseruit Biblioth. Reg. D:n C. C. GJÖR-
WELL; namque istis in literis, quæ ibi p. 177 oc-
currunt, præter alia hæc scribit: i öfvermorgon skal
här wigas någre Biskopar, Gezelius til Åbo, Brom-
mius til Wiborg, och Klingius til Götheborg; dock
hward denne anlangar, exciperar Prästerkapet emot,
ester inqa Superintendenter åro ånau wigde wordne,
eller Götheborg år något Stickt, det de mena bår ske
på en Nifsdag. Certum vero cum sit, Klingio diplo-
ma, quo Episcopus constituitur, hoc anno datum
esse, hujus dandi occasionem hanc exceptionem dedis-
se suspicari liceat. Anno autem 1664 cum XXX Cle-
ri suffragiis expetitur esse, qui Aboënsis Episcopi
JOANNIS TERSERI, de gradu dejecti, in locum
succederet, Presbyter quidam, ad comitia anni 1664
a Clero Westmanniæ ablegatus memoriæ tradidit in
narratione, quam suæ Collectioni *Historiska Märk-
vårdigheter P. 2. p. 64.* LÖNBOM inseruit; GÆ-
ZELIUM vero tunc Episcopum Aboënsis designa-
tum esse, constat.

*) D. 3 Sept. illum occubuisse, post RHYZELIUM AU-
RELIUM, BACKMEISTER, alique, singuli ex WIT-
TENII *Diur. Biogr.* ut puto, tradunt; verum autem
esse diem hunc emortualem, negat von STIERNMAN
l. c. p. 595. N. 780.